Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



68.

carne mea: exultauerunt in deum viuum
Etenim passer inuenit sibi domum: et
turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos
Altaria tua dne virtutum: rex meus et
deus meus. Beati qui habitant in domo
tua: in secula seculorum laudabunt te. Be-
atus vir cuius est auxilium abste: ascen-
siones in corde suo disposuit in valle lacri-
marum in loco quem posuit. Etenim bene-
dictionem dabit legislator ibunt de virtute in
virtutem: videbitur deus deorum in syon. Do-
mine deus virtutum exaudi orationem meam:
auribus percipe deus iacob. Protector nr
aspice deus: et respice in faciem xpi tui.
Quia melior est dies vna in atriis tuis
super milia. Elegi abiectus esse in domo
dei mei: magis quam habitare in tabna-
culis peccatorum. Quia misericordiam et veritatem
diligit deus: gratiam et gloriam dabit dns.
Non priuabit bonis eos qui ambulant
in innocencia: dne virtutum beatus ho qui spe-
rat in te. Ant. Tu solus altissimus super omnem terram. Ps.
Benedixisti dne terram tuam: auertisti
captiuitatem iacob. Remisisti in-